

IN Consistorio habito die decimâ quintâ Decembris
M. DCC. XXVIII. vacat certo modo Ecclesia
Ptolemaidis , subdita Archiepiscopo Tyrensi , in
partibus Infidelium.

Ptolemais est Civitas Maritima Phania , sita
apud Palestina fines , & Turcarum tyrannidi subdi-
ta , quapropter statum ejus deplorare , potius quàm
referre , congruum est.

Eidem Ecclesia præficere intendimus dilectum filium
Carolus Hugo , Ordinis Canonorum Regularium
Præmonstratensium de Observantia expressè professum ,
de legitimis Nuptiis , ex Catholicis nobilibusque Pa-
rentibus , in Diocesi Viridunensi progenitum , sexa-
genario majorem , a triginta sex annis Presbyterum ,
Theologia Doctorem , ac Abbatem Stirvagiensem dicti
Ordinis , nullius Diocesis ; qui Definitoris generalis ,
ac Historiographi , aliaque ejusdem Ordinis munia ,
egregiè explevit , ac Jurisdictionem quasi Episcopa-
lem in locis & terris dicta Stirvagiensis Abbatia sub-
jectis exercet ; virum pietate & rerum experienciâ
præditum , ac doctrinâ præclarum.

Quid vobis videtur.

Autoritate Omnipotentis Dei , Sanctorum Aposto-
lorum Petri & Pauli , ac nostrâ ,

Providemus Ecclesiæ Ptolemaidensi , de persona præ-
fati Caroli Ludovici , præficientes eum in Episcopum
& Pastorem , cum facultate exercendi Pontificalia in
locis & terris huic sanctæ Sedi in spiritualibus imme-
diatè subjectis , ac retentione dictæ Abbatia , & om-
nium etiam jurium , quæ obtinet ; & cum Decreto
quod teneatur fidei professionem omninò emittere , &
ad Urbem infra præfixum tempus transmittere : Eidem
Carolo Ludovico injungentes , quòd Constitutionem
nostram super habitu & Tonsurâ Prælatorum Re-
gularium editam , observare teneatur. † In nomine
Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.